

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Cap. III

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

DE ARCHITEC. LIB. I. 39

DE LATERIBVS. C A P. III.

ITAQVAE pri. im de lateribus, qua de terra duci eos oporteat
dicam. Non enim de arenoso, neq; calculoso, neq; fabuloso luto sunt
ducendi, quod ex his generibus cum sint ducti, primum fiunt graues, deinde
cum ab hymbris in parietibus asperguntur, dilabuntur & dissoluuntur,
paleaeq; que in his ponuntur non cohærescant propter asperitas
tem. Faciendi autem sunt ex terra albida cretosa, siue de rubrica, aut etiam
masculo selenalone. Hæc enim genera propter levitatem habent firmitas
& non sunt in opere ponderosa, & faciliter aggerantur. Ducendi
autem sunt per uernum tempus & autumnale, ut uno tenore siccessant.
Qui enim per solstitium parantur, ideo uitiosi sunt, quod summu corium,
sol acriter cum percoquit, efficit ut uideantur aridi, interius autem sint
non seci, & cum postea siccessendo se contrahunt, perrumpunt ea, que
erant arida, ita rimosi facti efficiuntur imbecilli: maxime autem utiliores
erunt, si ante biennium fuerint ducti, namq; non ante possunt penitus sica-
cessere, itaq; cum recentes & non aridi sunt structi, tectorio inducto vi-
gideq; obsolidato permanente, ipsi sidentes non possunt eandem altitudi-
nem, qua est tectorium, tenere, contractioneque moti non haerent cum eo,
sed a coniunctione eius disparantur. Igitur tectoria ab structura sciun-
ta, propter tenacitatem per se stare non possunt, sed franguntur, ipsiq;
parietes fortuito sidentes uitiantur. Ideoq; etiam Vitenses latere, si sit
aridus, et ante quinquennum ductus, cum arbitrio magistratus fuerit ita
probatus, tunc utuntur in parietum structuris. Fiunt autem laterum ge-
nera tria, unum quod græce διδώμον adpellatur, id est, quo nostri utun-
tur, longum pede, latum semipede, ceteris duobus græcorū edifica stru-
untur. Ex his unum pentadoron, alterum tetradoron dicitur. Doron au-
tem græci appellant palmum, quod munerum datio græce διδώμον appelle-
latur; id autem semper geritur per manus palmum. Ita quod est quoquo
uersus quinq; palmorum, pentadoro, quod quatuor, tetradoron dicitur:
& que sunt publica opera, pentadoro, que privata, tetradoro struuntur.




Finis.

Specie
archite
alibus
on pro
m sum
tim ad
consti
edifici
um pro
tut, ne
mate
i, neq;
ysico
his re-
demos


urn esse
m scri-
i, cum
nullin
l aquam
orie res
a dixisse
m rea-
o infini-
es coire
nt diffi-
i quasq;
on habe
edifici
E LA:

GRAECORVM LATERVM EX TRIBVS GE
neribus conformatis & eorum sectionum, ac com
positionum figura.

- A.B.C.
Digitorū
palmi ac
doronis in
dicatio.
D. Didos
ronis later
ex doris.
24.
E. Pentad
orilater
ex doris.
25.
F. Semi
pentadori
later.



F
te lat
linea
ress
part



G. Tetras
dori later
ex doris
LXIII.

H. Semite
tradori
later.


I. Semidi=
dorons.
K. Dido=
ronis me=
dus medijs.

L. Medius
semipenta
dori.
M. Medius
semitetra
dori.


Fiunt autem cum his lateribus semilateres, qui cum struuntur, una par
te lateribus ordines, altera semilateres ponuntur: ergo ex utraq; parte ad
lineam cum struuntur, alternis corijs parietes alligantur, & medij late=
res supra coagmenta collocati, & firmitatem & spcciem faciunt utraq;
parte non inueniuntam.

F Eft au=

PENTADORI STRVCTVRA.



TETRADORI STRVCTVRA.



Et autem in Hispania ulteriore Calentum, & in Gallijs Massilia, & in Asia Pitana, ubi lateres cum sunt ducti & arefacti, proiecti natant in aqua. Natare autem eos posse ideo uidetur, quod terra est de qua ducuntur, pumicosa, ita cum est leuis, aere solidata, non recipit in se nec combit liquorem. Igitur leui raraq; cum sit proprietate, nec patiatur penetrare in corpus humidam potestatem, quocunq; pondere fuerit, cogitur ab rerum natura (quemadmodum pumex) uti ab aqua sustineatur. Sic autem magnas habent utilitates, quod neq; in edificationibus sunt onerosi, & cum ducuntur, a tempestatibus non dissoluuntur.

DE ARENA. CAPVT. IIII.

In cementiis autem structuris, primum est de arena querendum, ut ea sit idonea ad materiam miscendam, neq; habeat terram commixtam. Genera autem arenæ fossitiae sunt haec, nigra, cana, rubra, carbunculus. Ex his que in manu confricata fecerit stridorem, erit optima: que autem terrofa fuerit, & non habebit asperitatem, item si in uestimentu canidum ea coniecta fuerit, postea excussa uel iecta, id non inquinauerit, neq; ibi terra subsiderit, erit idonea. Si autem non erunt arenaria, unde fodatur, tum de fluminibus aut e glarea erit excernenda. Non minus etiam de Glarea, littore marino, sed ea in structuris haec habet uitia, quod difficulter siccescit, neq; ubi sit, onerari se continenter paries patitur, nisi intermissionibus requiescat, neq; concamerationes recipit. Marina autem hoc amplius, quod etiam paries cum in his tectoriis facta fuerint, remittentes salsginie, ea dissoluunt. Fossitiae uero celeriter in structuris siccescunt, et tectoria permanent, et concamerationes patiuntur, sed haec que sunt de arenariis recentes. Si enim exemptæ diutius iaceant, ab sole & luna & pruina concoctæ resoluuntur, & sunt terrofæ. Ita cum in structuram coniunctur, non possunt continere cementa, sed caruunt et labuntur, oneraq; paries non possunt sustinere. Recentes autem fossitiae cum in structuris tantas habeant uirtutes, eæ in tectoriis ideo non sunt utiles, quod pinguitudini eius calx palea commixta, propter uelamentum non potest sine rimis inarescere: fluviatica uero propter macritatem (uti Signinum) bat Signinum. Cillorum subactionibus in tectorio recipit soliditatem.

F 2 DE CAL.